



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De diuisionibus ad iram pertinentibus. Pars II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](#)

**S**atius autem statim indicat iram suam hominibus, quum ira  
rō sit, est indicare se esse hominem insanum. Item qui indica  
iram suam hominibus, succedit domos vicinorum suorum,  
q̄ domus sua ardeat, cū potius cogitare deberet quomodo de  
mū propriæ subueniret. Sicut nō esset ferenda sententia, qua  
insanus dictaretur: sic nō est proferendus sermo quē ira dictat  
ira sit furor. Homo iratus nisi taceat, ostendit se magis stolidus  
quam ipse sit. Multa enim comiminatur quae non faciet. Ver  
Proverb. 14. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.

*De sex iniquitatibus iracundi velocis se Vindicare.* C A P. 7.

**Q**uinto potest valere ad detestationem irae, si ostendat  
multiplex iniquitas, quae est in homine irato, qui se  
vindicare. Prima eius iniquitas est, q̄ ipse auctoritate sua  
stituit se iudicem inter se, & iniunctorem suum. Secunda est  
q̄ ipse in eadem causa vult esse actor & iudex. Tertia est,  
ipse vult vindicare se pendente die, quae sibi assiguita est, via  
plene iustitia fiat. Dies hæc dies iudicij est. Apostoli ad Cor  
inth. 4. Nolite ante tempus iudicari. Quarta iniquitas  
q̄ ipse impunitum relinquit illum, à quo debuit incepere, sc  
et seipsum, qui sibi magis nocuit, quam alius. Quicquid illius  
potuit inferre ei, minus est odio quo ipse anima suam interfici.  
Quinta iniquitas est, q̄ ipse iustitiam, quæ ex solo iudice  
debet procedere, ex iniquitate vult elicere, quia ex ira & odio.  
Sexta iniquitas est, quod ipse non reddit patientiam im  
pianci quām ei debet, sicut iniurians debet ei innocentiam.

*Exempla ad detestationem irae.*  
**S**exto potest valere ad detestationem irae, exempla. In  
principio exemplum Christi, quem videmus patientissimum  
esse, qui ultimum faciet vindictam de inimicis suis. Bene debet  
sufficere vermiculo, quod ita citò vindicaretur de inimico  
suis. Sicut dicit August. Summae religionis est imitari quem  
vis. De beato Bernardo legitur, quod appropinquante me  
to eius, cùm regnaretur à fratribus, quod doceret eos aliquo  
salubria, dixit eis: Alieno sensui magis quam meo credidi.  
Iesus vindictam non expertij. Nulli scandalum facere volo.  
Et si feci, sed auvi ut potui. Septimo potest valere ad detesta  
tionem irae, quod Dominus ab eo, qui vult vindicare, video  
etiam remissa repetere. Sicut patet de illo, qui noluit dimini  
re conseruo, à quo dominus eius repetit vniuersum debet  
prius sibi dimisum. Matth. 18.

*Deductionibus ad iram pertinentibus.*

P A R S I I.

Dicitur

D isto de his quæ pertinent ad detestationem iræ, conseq-  
uenter ponendæ sunt diuisiones ad iram pertinentes.  
Notandum ergo, q̄ est quædā ira quæ bona est, qua homo ira-  
scitur virtio, de qua Ecclesiast. 7. Melior est ira iusti. Quasi diceret,  
per iustitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. ¶ Et alia  
ira, quæ mala est, qua homo irascitur persona. De qua intelli-  
genza sunt prius dicta. Et hæc duas habet species. Quædā enim  
subita est, & sine deliberatione rationis, quæ venialis est. Alia,  
vero cum deliberatione & consensu rationis, quæ mortalis est.  
Has duas species tangit David, dicens, Irascimini, & nolite pec-  
care, &c. Si subita ira furgat in nobis non consentiat ratio. Ira  
vero quæ cū deliberatione est, si inueterascat, odiū dicitur. Est  
enim odium ira inueterata. Quod videtur prohibere Apostol,  
dicens ad Ephesi. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram.

*¶ De his quæ valere possunt ad detestationem iræ.*

A b detestationem odij possunt ita specialiter valere. ¶ Pri-  
mo illud Gene. 49. Maledictus furor eius, quia pertinax, & indi-  
gnatio eius, quia dura. ¶ Secundo illud 1. Ioan. 3. Omnis qui odit  
fratrem suum, homicida est. ¶ Tertio, quia odium, specialiter  
est charitati contrarium, quæ est maxima virtus, maxime pla-  
cens Deo, & maxime displicens diabolo. Quod maximè dispi-  
ceat diabolo, patet ex verbis Gregorij, dicentis: Non curat an-  
tiquus hostis ut terrena nobis tollat, sed ut charitatem in no-  
bis feriat. De placentia. vero Dei manifestum potest esse per  
hoc quod dicit Dominus, Ioan. 13. Hoc est præceptum meum,  
ut diligatis inuicem. ¶ Quarto, quia cum torqueatur homo per  
quem peccat, & ille qui manet in odio iniurias sibi illatas no-  
fit remittere, ipse punietur in hoc, quod nec peccata sibi remit-  
tentur. Fatus est, qui vñā iniuriam non vult remittere, ut mille  
vel plura peccata sibi remittantur. ¶ Quintum est hoc, q̄ ira  
vel odium contra naturam videntur esse in homine, cum  
homo sit animal mansuetum natura & misericors. vnde Job  
3. Ab infantia mea crevit tecum miseratio, & de vtero  
matris meæ egressa est tecum. Mansuetudinì vero quæ est in  
homine, attestatur forma & dispositio exterior hominis. In  
omnibus enim specie animalis, figura corporis, & membrorum  
natura corporis exteriori attestatur: sicut vngues acuti, fortis  
& magni, & aduncati dentes, & fissio oris magna attestatur  
rabici, ut patet in leonibus. Contrariatur vero mansuetudini at-  
testatur in hominibus. ¶ Sextum est hoc, q̄ cum cupiditas &  
alii vicia consistant in appetitu alicuius boni, sed inordinate.

K K 2

odium cōsistit in appetitu ipsius mali. Vnde maioris peruntatis & malitiæ videtur esse quam cupiditas & similia peccata.

**¶ Item diuisio Irae.**

**I**T E M notandum q̄ ira potest diuidi in iram occultā, quoniam non prouincit in exteriorem iniuriam, & iram prouincientem in exteriorem iniuriam, sive sit iniuria verbī vel factū. De prima ira dicit Dominus Matt. 5. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et post subdit de secunda ira: Qui diuidit fratri suo raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatus reus erit gehennæ ignis. Raca interiectio est indignantis, sed non minat aliquam specialem contumeliam. ¶ Item ira potest diuidi in iram, qua homo irascitur sibi, & in iram qua homo irascitur proximo, & in iram qua irascitur Deo. De prima ira dicit Socrates: Iracundus quum aliis irasci desierit, sibi irascitur. De secunda ira dictum est prius. De ira vero qua aliquis irascitur Deus qualis est ira iniquæ blasphemantiū Deū, potest intelligi illud Eccl. 17. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.

**De peccatis prouenientibus ex Ira. P A R S I I I . que habet tria capitulo.**

**De guerra, & de duodecim que homines à guerra cohíberent.**

C A P . I .

**S**equitur de peccatis quæ proueniunt ex Ira. Prout autem sex ira lis. Vnde Prou. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligu ad ignē: sic homo iracundus suscitat rixas. Itē Ecc. 26. Homo iracundus incēdit līte. Ex ira etiā sequuntur guerræ, incendia, homicidia, & alia iniectio manū iniusta, & rapinæ, & similia. Delite non dicemus modō, quia de illa dicitur cum aliis peccatis lingua. De rapina vero dictum est in tractatu de auaritia. De aliis vero hic dicemus. ¶ Et primo de guerra, quā habemus cum hostibus. Duodecim vero sunt quæ deberēt homines cohíberent à guerra. Primū est guerra, quā habemus cū hostibus inimicilibus, Job 6. Militia est vita hominis super terrā. Item dictum Gen., ad serpentem: Inimicitias ponā inter te & muliere, & semini illius, & semē tuū. Guerra ista multū periculosa est. Et propter calliditatem dæmonū. Gen. 3. Serpēs callidior erat omnibus in manib⁹ terræ. Et propter longū exercitiū pugnæ. Pugna enim non cessavit ex quo Adā deiectus est in terrā, & longus vius, experientia multū videtur docuisse eū. Et propter cōtinuitatem pugnæ. Vnde Grego. Affidua tētatione diabolus tētat nos, ut tandem vincat. Et propter malitiā dæmonū qui incessanter sumit sanguinem nostrū. vnde diabolus sanguisuga vocatur, Prou. 30.

Sangu  
Hier. T  
magn  
& pati  
remun  
ra ita  
guerra  
aliquis  
do hab  
cificare  
minib⁹  
pertine  
quicqu  
sideras  
hostis  
gere, &  
gna fa  
frati l  
reges &  
quia h  
Ipse  
Secu  
minus  
Et  
minus  
voluit  
fuit ill  
ceas su  
alicub  
cundu  
tate ei  
dicete  
nā vo  
caut  
fici, qu  
q̄ ipse  
tur, di  
tes, Pe  
simili  
decim